UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

ſolam legitimam cum alijs bonis ſibi tũc acquiſitis
ex diſpoſitione ſtatuti in dotem dediſſe, non autem
trebellianicã, quæ tempore matrimonij ſibi nondũ
erat acquiſita: propterea ꝙ ſtatutũ duntaxat vult mu
lierem cenſeri ea in dotem dare, quæ ipſa tempore
matrimonij tenebat, ac poſſidebat. Quare non com
prehenduntur illa, quæ caperet Trebellianica in bo-
nis paternis pro reſtitutione fideicõmiſſi eueniente
illius conditione detrahenda: illa.n. nec detenta, nec
poſſeſſa pro trebellianica dici poterant, cũ nondum
eſſet debita: nam cum trebellianica debita eſſet ſub
conditione, qua fideicõ. factum fuit, d.c. Raynutius,
cum alijs ante conditionis euentum non dicebatur
debita, nec illius dies ceſſiſſe, nec veniſſe dici poterat
l. cedere diem. ff. de verbo. ſigni. ¶ Cogitandum for-
24 tè melius videtur eſſe, † ꝙ nec legitima, ſeu bona, quę
loco legitimæ deberentur, poſſint dici in dotẽ data
ex diſpoſitione ſtatuti: licet enim illa tẽpore contra-
cti matrimonij poſſint dici debita, ꝗa legitima à die
mortis teſtatoris purè debita fuit l. qm̃ in prioribus.
C. de inoffi. teſta. tamen occcaſione dictæ legitimæ
nequeũt dici tenta, & poſſeſſa, prout ſtatutum requi-
rit: qm̃ ante, quã bona pro legitima fuerint filiæ rea-
liter aſſignata, nõ poſſunt dici ab ipſa filia poſſeſſa ra
tione incertitudinis loci, & quottæ, vt fuit doctrina
Angeli in l. meminimus, quæ eſt l. 2. C. qñ, & quibus
certa pars lib. 10. & alij ibi, Areti. in l. 3. §. incertã. ff. de
acqui. poſ. & ibi Sozi. in prin. & addo Alex. in conſil.
134. li. 4. Poſſet tñ, ſoluendo prędicta, huic motiuo vl
timo reſponderi, ꝙ licet ex præmiſſis bona ratione
legitimæ tempore matrimonij contracti nõ poſſint
dici verè, & propriè fuiſſe poſſeſſa à Vincẽtia filia, ta-
men negari nõ põt, quia illa ſaltẽ fuerint detenta, vt
clarè volũt ſcriben. allegati in d. §. incertã: & ad hoc,
vt à muliere matrimonium ſimpliciter ꝯhente bona
immobilia data in dotem cenſeantur, ſufficit, ꝙ illo
tẽpore ſimpliciter ab ea detẽta fuerint, vt in dicto ſta
tuto, ergo &c. ¶ Addo tamen, ꝙ ſtãtibus præmiſſis,
ſolum data in dotem dicẽtur bona immobilia, & nõ
mobilia, quæ de iure pro legitima deberi dicuntur,
& conſequenter non integra legitima in dotem da-
ta cẽſebitur virtute ſtatuti, quod ſolum de bonis im-
mobilibus, non autem de mobilibus loquitur: ſub le
gitima autem omnia bona pro tertia parte compre-
henduntur, cum illa de bonis omnibus debeatur l.
ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſta. habetur in l.
marcellus. §. res quę. ff. ad treb. Quę omnia ſunt bene
notanda pro declaratione dicti ſtatuti. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus pluribus in tota hæreditate, vel in oĩbus bonis, ſi oẽs ipſi ſubſtituto ꝑdeceſſerint, nõ admittitur ſubſtitutꝰ, niſi cõditione ĩ oĩbus verificata: Fallit in ſubſtõne facta pluribus liberis, & deſcendentibus per nomen collectiuum.*

2 *Et quid ad hoc, vt altero decedente, ſubſtitutus admittatur, requiratur.*

3 *Pluralitas in ſubſtitutione pupillari, & fideicommiſſaria facta pluribus etiam per nomen collectiuum an, & quãdo in ſingularitates reſoluatur, & quando non.*

4 *Subſtõ ſi facta ſit pluribus ſub conditione, ſi oẽs decedãt, & in tota hæreditate, & altero decedente nullus ſuperſit excludens ex præſumpta mẽte ſubſtitutum, illi, quibus facta eſt ſubſtitutio, non cenſentur inuicem ſubſtituti.*

5 *Subſtõne facta pluribus per nomen collectiuum, qui non dicantur inuicem ſubſtituti, altero decedente, ad eius partẽ ille admittitur, qui inteſtato ſucceſſurus eſt.*

6 *Trebellianica quoque detrahitur, quando ſubſtitutio fideicõmiſſaria facta eſt pluribus per nomen collectiuum, & in tota hæreditate, & ſubſtitutus admittitur etiam ad partem alterius tantum.*

EPITOME.

SVBSTITVTIONEM factam pluribus inſtitutis in omnibus bonis ſub conditione, & per nomen collectiuum, ſi omnes deceſſerint, vltimo morienti ſolũ in omnibus bonis, nõ aũt in caſu mortis alterius duntaxat, nec in illius portione factã eſſe, neque eos plures, quibus eſt facta ſubſtitutio, eſſe inuicẽ ſubſtitutos, in caſu huius conſilij probatur.

CONSILIVM LXIX.

VISIS ijs, quæ in p̃ſenti cauſa verè, ac ſub
tiliter pręſtantiſſimus iudex deduxit, pro
rñſione eorũ, q̃ aduocatus partis aduerſę
cumulauit, & præterea inſpectis diligẽter
dicti aduocati replicationibus, in hoc ſolẽni, & diffi-
cili articulo, mihi de iure videtur concludendũ eſſe,
quod per mortem Roberti, nec Ioãnes Baptiſta ſub-
ſtitutus ex ſubſtitutione, de qua in teſtõ. nec Aſtorgiꝰ
frater, & cohæres ipſius ad partem Roberti admitti
potuerint, & conſequenter ad illã filij ipſius admittẽ
di ſint tanquam hæredes ab inteſtato Roberti patris
ſui. Quòd Io. Baptiſta ad partem illam admitti nõ po
1 tuerit ex ſubſtitutione, probatur; quoniã † vbicunq;
facta fuit ſubſtitutio pluribus in tota hæreditate, ſeu
in omnibus bonis, ſi oẽs prædeceſſerint ipſi ſubſtitu-
to, tunc ſubſtitutus non admittitur, niſi condiuo in
omnibus verificetur, vt quia omnes hæredes præde-
ceſſerint ipſi ſubſtituto, nam de proprietate nominis
collectiui eſt, vt verificetur in omnibus; fallit autem
hoc, quando ſubſtitutio eſſet facta pluribus liberis &
deſcendentibus per nomen collectiuum, & is, qui ſu
pereſt, eſſet in pari gradu cum ſubſtituto, quoniã tũc
non attẽta proprietate verborum ex præſumpta mẽ
te defuncti, ſubſtitutus admittitur, quamuis cõditio
fuerit adimpleta in vno grauato tantum l. hr̃des mei
§. cum ita. ff. ad trebell. & ibi Bart. in fi. qui ita propriè
loquitur: At in caſu noſtro ſubſtitutio non fuit facta
filijs, nec deſcẽdentibus, ſed extraneis, & nepotibus
ex fratre inſtitutis per nomen collectiuum, ergo non
debet attendi pręſumpta mens teſtatoris, vt in d. §. cũ
ita, ſed proprietas verborũ, à qua non eſt recedẽdum,
niſi quando apparet de præſumpta mente l. nõ aliter
ff. de leg. 3. Omnes igitur Ioan. Baptiſtæ prędeceſſiſſe
oportet ad hoc, vt ipſe admitti poſſit, quoniã vno ex
pluribus nõ prædecedente ipſi Io. Baptiſtæ, nõ eſt ve-
rum dicere, omnes p̃deceſſiſſe Io. Baptiſtæ l. ſi is, qui
ducenta. §. vtrum, & §. cum ita. ff. de rebus dub. & ha-
betur per Pau. de Caſt. in l. pen. C. de impu. inpen. col.
in fi. & dicit Sali. in d. l. pen. in 2. col. ibi & eſt ratio, ꝙ
qñ teſtator ſubſtituit pluribus collectiuè, vel coniun
ctiuè, tunc apparet teſtatorem velle cohæredem. &
coniunctum debere præferri ſubſtituto. ¶ Secundo
2 † ad hoc, vt altero decedente, & ſic adimpleta condi
tione in altero tantũ, ſubſtitutus admittatur, etiam
in caſu, quo ſubſtitutio eſſet facta pluribus deſcendẽ-
tibus, requiritur, ꝙ conditio fuerit adimpleta in per-
ſona vltimi decedentis, ſi enim in perſona primi eſſet
tantum adimpleta, ſubſtitutus non admitteretur, &
attenderetur proprietas verborum, & nominis colle
ctiui, quia ſupereſſet perſona, quæ ex præſumpta mẽ-
te defuncti excluderet ſubſtitutũ, ita volunt doc. ma-
gis communiter in d. l. hæredes mei. §. cũ ita per illũ
tex. & ita volũt magis cõiter doc. vt per Alex. & alios
in l. penul. C. de impuberum; & ſi hoc dicamus, quã-
do pluribus deſcẽdentibus eſſet facta ſubſtitutio per
nomẽ collectiuũ, ergo hoc dicendũ eſt magis, quã-
ſet facta pluribus extraneis, & nõ deſcẽdentibus, quã
tunc magis attenditur proprietas verborũ, vt fatetur
oẽs, & maximè Bart. in d. §. cũ ita, ſed in caſu noſtro
ſubſtitu-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

fuit de Ioa. Baptiſta pluribus nepotibus
tutis,& ſic extraneis, & collateralib⁹ ſub
ſi omnes prædecederent ipſi Io.Baptiſtæ,
fuit adimpleta in perſona primi tantum,
rius, ergo non potuit admitti ipſe Io. Ba-
tutus. ¶ Tertio cōſidero, ꝙ in terminis
ſtitutio de Io. Baptiſta facta fuit ſub cōdi-
oēs inſtituti ipſi prædecederent, & facta fuit
bus bonis,& iuribus, & quoad totale ius ip-
cti, vt patet ex tenore teſtamenti; quo caſu
grauatis cēſetur grauatus in portione ſua,
ta conditione in perſona omnium voluit
ſubſtitutum hr̄e totū, nō aūt mortuo altero
ſubſtitutū hr̄e partē illius, alioquin verū
ſubſtitutū hr̄e omnia bona,& iura, & tota-
ncti, ꝑut expreſsè diſpoſuit teſtator, vt eſt
Io. de Imo.& Sozi.in d.l.hr̄des mei §. cum
col.& habetur per Ale.in d.l.penul.C.
in 4.col.ibi non obſtat, qui dicit iſtud eſſe
omnium,& in l.pater filiam ff. ad leg. falc.
Nec obſtat, ꝙ altero mortuo ſubſtitutus de
ad partē, ſicut voluit teſtator ipſum ad-
um, omnibus decedentibus,& adimple-
in perſonis omnium inſtitutorum per
§.cum ita, quia rn̄deo, ꝙ ratio tex.in d.§.
dit in caſu d.§.cum ita, videlicet in ca-
tio fuiſſet verificata, & adimpleta in vl
tur ille tex.nō aūt, quādo fuiſſet adim-
perſona primi, prout contingit in ca-
ea, quæ dixi in ſecundo fundamento.
ꝙ licèt in pupillari facta pluribus per
ctiuum, pluralitas nō reſoluatur in ſin-
tractatur de vno tm̄ effectu, vt in d.l.pe
ctus debet dici in ſubſtitutione fideicō-
qua tractatur de pluribus,& diuerſis effe-
caſu pluralitas reſoluiť in ſingularitates
falſa in fi.ff.de condit. & dem. & ita vr̄ de
in d.§.cū ita, ergo in fideicōmiſſaria per-
ſi eſſet facta ſubſtitutio illi,& illi ſeparatim,
titutus debet admitti ad partem alterius,in
ſona eſſet purificata ꝯditio, quia rn̄deo mul
primo, ꝙ non eſt dr̄ia inter pupillarem, &
ſſariam in caſu noſtro, ſed idem eſt in vtra-
cludunt doctores cōiter, Alex.& alij in d.
in d.§.cum ita,& in d.l.pater filiā ff.ad legē
Secūdo dico, ꝙ reſoluitur in terminis no
ralitas in ſuas ſingularitates, quādo ſubſtitu-
facta pluribus poſt mortē pluriū ſimpliciter
nomine collectiuo,& ita propriè loquiť Bar.
conſiderentur verba ſuæ diſtinctionis, ſed qn̄
per nomen collectiuum, tunc ipſe vult de-
di proprietatem verborum, niſi eſſemus in
appareret de præſumpta mente teſtatoris,
ſtitutio eſſet facta pluribus deſcendentibus,
dicti §.cum ita ſ̃m ipſam: Tertio reſpōdeo,
noſtro reſolueretur in ſingularitates ſubſti
pluribus per nomē collectiuum hoc mo-
ſtitutus, qui eſt vocatus poſt mortē oīum
bona,& ad totale ius defuncti, dicetur ſub
portione cuiuſlibet,& quilibet ex hæredi
grauatus in portione ſua, & purificata cō-
perſona omnium ſubſtitutus totū habe-
et per ea, quæ ſupra dixi ex mēte Imolæ. So
& aliorū; Quarto rn̄deo, ꝙ in caſu, quo ſub
eſſet vocatus ſub conditione, ſi omnes præ-
nt,& ſic per nomen collectiuū,& in tota hę
ſeu in omnibus bonis,& in totali iure, tunc
tas non reſolueretur in ſingularitates, ſed ita
admitteretur ſubſtitutus, ſi cōditio eſſet pu-
in omnibus, alioquin totum, ſeu totale ius

nō haberet ſubſtitututus, ꝑut voluit defunctus. Vltimo dico, ꝙ ſicut, quādo pupillaris ſubſtitutio eſt facta pluribus per nomen collectiuum, pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, quia tractatur de vno effectu tantum d.l.penul.ita quando eſſet facta fideicō miſſaria pluribus per nomen collectiuum, pluralitas non debet reſolui in ſingularitates, quoniam in fidei cōmiſſaria ſimiliter tractatur de vnico finali effectu, hoc eſt de vno fideicommiſſo, vt eſt de mēte Bart.in d.l.falſa; ita dicit in terminis Alex.qui ſic rn̄dit in d.l. pater filiam in §.j.in fi..3.col. Itaque ex prædictis concluditur, ꝙ Io.Baptiſta ſubſtitutus nō potuit admitti ad partem Roberti, qui ipſi prædeceſſit. ¶ Cōcludo etiā, ꝙ Aſtorgius frater dicti Roberti, qui fuit ſimul inſtitutus,& grauatus cum ipſo Roberto ſub conditione prædicta, non potuit admitti ex diſpoſitione teſtatoris, hoc eſt ex aliqua ſubſtitutione expreſſa, nec tacita; non ex expreſſa, qm̄ ipſi hæredes inſtituti non fuerunt inuicem ſubſtituti in caſu, quo ipſi prædecederent Io.Baptiſtæ eorū patri, ſed ſolum in caſu, quo ambo ſuperuixiſſent ipſi Io.Baptiſtę,& alter eorū decederet ſine filijs, ergo in caſu quo ꝑdecederent Ioa. Baptiſtæ eorū patri, teſtator expreſsè ipſos ad inuicē nō ſubſtituit, nec voluit eſſe ad inuicem ſubſtitutos, quia ſi ita voluiſſet, ita ſubſtituiſſet, ſicut fecit in caſu quo ipſi ambo ſuperuiuerent Io.Bapt.arg.l.vnicæ §.ſi verò nō oēs C.de cad.toll.& in c.ad audientiā de decimis:& ita ēt arguit,& fateť aduocatus partis aduerſę. ¶ Sed ꝙ nec tacitè in caſu, quo ipſi hæredes inſtituti prædecederent Io.Bapt.dicantur inuicem ſubſtituti,
4 ita probatur, † qm̄ vbicunq; pluribus eſt facta ſubſtitutio ſub conditione facta per nomē collectiuū, hoc modo, ſi oēs decedant, & ſubſtitutio ſit facta in tota hr̄ditate,& altero grauato decedente, ſuperſtes nō excludat ſubſtitutū ex ꝑſumpta mēte teſtatoris, tūc ipſi, quibus eſt facta ſubſtitutio, nō dicuntur, neq; cēſenť adinuicem ſubſtituti, vt altero decedēte, alter admittať ex tacita ſubſtitutione inuicē facta, excluſo ſubſtituto expreſſo; ita notabiliter voluit Alex.in l.pater filiam in §.j.in 3.col.ff.ad leg.falc.& refert, ſequitur,& corroborat do. meus Sozi.in d.§.cū ita in 3. col.ſed in caſu noſtro facta fuit ſubſtō Roberto,& Aſtorgio de Io.Bapt.ſi ipſi oēs prædecederent Io. Bapt.& facta fuit in omnibus bonis, alteroq; eorū prædecedente, videlicet Roberto, non ſuper fuit perſona, q̄ ex ꝑſumpta mēte excluderet ſubſtitutū, qa Aſtorgius nō fuit de deſcendentibus teſtatoris, ſed extraneus,& collateralis,& ſic non de perſonis, quæ ex ꝑſumpta mēte excludāt ſubſtitutum, vt declarant doc.cōiter, ibiq; habetur per Sozi.in d.§.cū ita in 2.col. Item quia Aſtorgius ab inteſtato non excludebat Io.Baptiſtam à ſucceſſione Roberti, ſed de iure ſimul admittebať auth. defuncto C.ad Tertullianum, ergo inter ipſos grauatos nō dicitur facta aliqua ſubſtitutio, adinuicē, neq; adinuicem tacitè ſubſtituti dicūtur per prædicta:& ex hoc infertur, ꝙ cū ipſi hæredes nō fuerint tacitè, nec expreſsè inuicē ſubſtituti, altero ipſorum prędecedēte, ſubſtitutus non admittitur ad partem illius, ſed requiritur, ꝙ ꝯditio fuerit purificata in perſonis vtriuſque, hoc eſt, ꝙ omnes prædeceſſerint ipſi Io. Bapt.& cōſequenter attēdi debet proprietas verborū, & non ꝑſumpta mēs teſtatoris, etiam ſi eſſemus in caſu, quo filij, & deſcēdētes hr̄des inſtituti fuiſſent grauati ſub illa conditione facta per nomē collectiuū, qm̄ in caſu d.§.cum ita altero decedente,& purificata conditione in ꝑſona alterius tm̄, ſubſtitutus admittitur ad eius partē, qa illi, quibus facta fuit ſubſtitutio, fuerūt adinuicē ſubſtituti, ergo à cōtrario, ſi nō fuiſſent adinuicē ſubſtituti, ſecus eſſet; ita arguit ſępi⁹ do.meus Sozi.poſt Imolam in d.§.cum ita,& Alex.& Paul.de

5 Caſ.in d.l.pen. ¶ Itē infero ſecundo,† ꝙ ex quo nec
Ioa.Baptiſta,nec Aſtorgius,& ſic nullus ex ſubſtitu-
tione aliqua, & conſequenter ex diſpoſitione teſta-
toris admitti ad partē Roberti potuit,ad eā is debuit
admitti,ꝗ ipſi Roberto potuit ſuccedere ab inteſta-
to,& ita eſt de mente Alex.in d.l.pater filiā. §.j.& me
liusin d.l.penul.poſt alios, vt altero decedēte admit-
tatur ſuperſtes non ex ſubſtitutione aliqua,ſed ex le
gis diſpoſitione,videlicet ab inteſtato,& conſequen
ter ad partem dicti Roberti debebūt admitti filij ip-
ſius,& nō eius frater Aſtorgius, nec Io. Baptiſta eius
pater,argumento authen. ceſſante, iuncta authē. in
ſucceſſione C. de ſuis,& legitimis, vt etiam tangit,
& ſequitur Salicet.in d.l.pen.in vlt.col.¶ Supereſſet
modò rn̄dere adductis per aduocatum partis aduer
ſæ,ꝗbus optimè fuit rn̄ſum per excellētiſſimū dn̄m
Auditorem,& ideò ſuper his vlterius nō inſiſto,præ
ſertim qm̄ ex dictis ſupra colligi ēt pōt clara rn̄ſio,
nā ſi p̄ſumpta mens teſtatoris facit ceſſare ꝓprietatē
verborū collectiuorū,vt ꝓbat tex.in d.§.cū ita,& ibi
Bart.expreſſè.& doc.oēs, & ſi verū ſit,ꝙ præſumpta
mens ſolum dicatur extare, qn̄ ſubſtitutio eſt facta
deſcendentibus, qui ex præſumpta mente teſtatoris
excludunt ſubſtitutū,vt dicunt cōiter doctores,& re
fert Sozi.in d.§.cum ita in 2.col.ergo qn̄ ſubſtitutio
non fuit facta deſcendentibus,nè illis,qui ex præſum
pta mente,nec ab inteſtato excludunt ſubſtitutum,
ſequitur, ꝙ tunc debet attendi proprietas nominis
collectiui,videlicet,ꝙ oēs grauati decedāt,& in om
nibus adimpleat̄ conditio ante,q̄ poſſit admitti.Sed
in caſu noſtro ſubſtitutio per nomen collectiuū fuit
facta pluribus non deſcendentibus,nec illis,ꝗ ex prę
ſumpta mente defuncti, nec ab inteſtato excludunt
ſubſtitutum,vt patet,& dictū fuit,ergo ſubſtitutus ex
ſubſtitutione admitti non potuit,niſi omnibus inſti
tutis prędecedētibus,& ſic niſi verè,& propriè adim-
pleta illa oratione vniuerſali,ſi omnes prędecederēt
ipſi Io.Baptiſtæ eorum patri.Quare cum vnus tantū
prædeceſſerit,videlicet Robertus, & ſic in primo,&
non in vltimo ſolum purificata fuerit cōditio,ſequi-
tur,ꝙ ipſe ſubſtitutus non potuit admitti, & præſer-
tim in caſu noſtro, in quo ſubſtitutio facta fuit poſt
mortem omnium in omnibus bonis, & iuribus hæ-
reditatis per ea,q̄ plenè dixi. ¶ Præterea animaduer-
tatur diligenter,qm̄ ēt poſito abſque pręiudicio veri
tatis,ꝙ ipſe Io. Baptiſta ſubſtitutus potuerit admitti
ad partem Roberti,qui prædeceſſit,ex ſubſtitutione
fideicōmiſſaria,de qua nos loquimur(qđ tn̄ eſt falſū,
vt dictū eſt) tn̄ negari nō pōt,ꝗn ex parte illa Rober
ti detrahi poſſit quarta trebellianica ꝑ hr̄des, hoc eſt
6 per filios Roberti; † qm̄ ēt ꝓprie in terminis noſtris,
qn̄ ſubſtitutio fideicōmiſſaria eſt facta pluribus per
nomen collectiuū,& in tota hæreditate,ſubſtitutus,
qui admittitur etiam ad partē alterius tm̄, debet ad-
mitti detracta quarta trebellianica per hæredem gra
uati,vt voluit Alex.poſt Nicolaum de Matha. in d.l.
pater filiam §.j.in 4.colu.ff.ad legem falcidiam,facit
tex.in l.precibus C.de impuberū,& hoc in ſe nullum
habet dubium,ergo in caſu noſtro filij Roberti, qui
ſunt eius hæredes,poterūt ſoluere de illa quarta tre-
bellianica,quæ eſt longè maior,quàm ſit quātitas de-
bita ipſi magiſtro Franciſco creditori agenti vigore
literæ cambij ſcriptæ per dictum Robertum, & ſic
ex prædictis omnibus apparet,filios dicti Roberti eſ-
ſe ſoluendo,& habere in bonis,vnde poſſint ſoluere
debitum paternum contractū vigore dictæ literę cā-
bij,quæ omiſſis friuolis exceptionibus, & fraudibus
debitorū,ſunt ilicò mandandæ executioni: Reliqua
ſuppleat perſpicacia ingenij Excellentiſſimi domini
Auditoris. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtm̄,in quo filius,vel filia fuerunt p̄teriti, non modò ab ipſis rumpi,aut contratabulari pōt,ſed etiam ab alijs filijs, qui inſtituti fuerunt,& quando hoc ſit verum nu. 7.*

2 *Subſtitutio facta pluribus filijs inſtitutis caſu, quo vnus ante alterū ſine filijs decedat,reſtantes ſuccedant,eſt breuiloqua,& reciproca,& quas ſubſtitutiones contineat.*

3 *Subſtitutio facta filijs inſtitutis ſub conditione, ſi omnes deceſſerint ſine liberis,vltimo morienti facta cenſetur,& filij inuicem ſubſtituti per fideicommiſſum dicuntur.*

4 *Hæredibus alicuius vnà cum ipſo vocatis hæredes ſucceſſiuè admittituntur,quando eſſet extraneus teſtatori, & diſponenti,& nu.6.*

5 *Subſtitutus pluribus poſt omniū mortem quando vltimo morienti,& in portionibus omnium ſubſtitutus dicatur.*

8 *Filia dotata,& maritata à patre pōt ab eo in teſtō iure præteriri,ſtāte ſtatuto,ꝙ filiæ dotatæ,& maritatæ à patre nullum amplius poſſint habere regreſſum ad petitionē hæreditatis tàm paternæ,q̄ maternæ,ſed ſint, & eſſe debeant tacitæ,& contentæ dotibus ſibi datis.*

9 *Filia excluſa ab hæreditate, & ſucceſſione patris propter maſculos habetur pro extranea.*

10 *Et dotata non poteſt ad ſupplementum legitimæ agere,ſi mādetur,vt dote data contenta eſſe debeat.*

11 *Teſtator ſi primo inſtitutis filiabus in rebus certis,poſtea filios maſculos hæredes vniuerſaliter inſtituerit,& ſi oēs decederet ſine liberis, Titiū ſubſtituerit, filij tm̄, & nō filiæ ſub illa cōditione,ſi oēs decederēt &c. comprehenduntur.*

12 *Petrus de Anchar.in conſi.67.reprehenditur.*

13 *Vniuerſalis omnis etiam ad duos congruè adaptatur.*

14 *Clauſula in fine poſita quando ad oīa præcedentia referatur.*

15 *Filius Titio patri præmortuus non facit partem alteri filio ſuperſtiti,vt is ſolum ad partem admittatur, quando vocati fuerunt Titius,& hæredes.*

16 *Pluribus ſubſtitutis alicui,ſi quis grauato ante euētum ſubſtitutionis prædecedat, ſuperſtites ad totum ex iure accreſcendi admittuntur.*

EPITOME.

TESTATOR habens plures filias fœminas, & filios maſculos, illas primo in rebus certis inſtituit, hos aūt deinde vniuerſaliter, & ſi vnus an̄ alterū ſine filijs decederet,reſtātes ſuccedere voluit, & in caſu, quo oēs filij inſtituti deceſſerint ab ītestato ſine filijs, eiſdē ſubſtituit Titiū fratrē,& hr̄des ipſius: Mortuis filijs maſculis omnibus,ſuperſtitibus ſororibus filiabus teſtatoris,vt ſupra,inſtitutis,& hr̄dibus dicti Titij ſubſtitutis,ſorores prædictæ excluduntur,& hæredes præfati tantū ad omnē ſucceſſionē admittuntur.

CONSILIVM LXX.

DVBITATIONIBVS, quæ pro parte filiarum Magnifici domini Antonij factæ ſunt ſuper illius teſtamento,diligenter perſpectis vnà cum ipſo teſtamento, illud videtur prima facie concludendum,ꝙ Cæſar filius,& hr̄s Raynaldi vltimo loco ī teſtō ſubſtituti ſit excludendus, & nō admittendus ex ſubſtitutione facta in teſtō, ſed ad dictas filias teſtatoris ſorores dn̄i Ioānis, & aliorum fratrum inſtitutorum bona hæreditatis, de quibus agitur,ſpectare,& peruenire debeant: Nā, vt in facto præſupponit̄,teſtator plures habuit filias,
quarū vnā in teſtō præterijt, nullamq; de ea mentio
1 nem fecit, † quo factum eſt,vt illius præteritione teſtamentū ipſo iure fuerit nullum,vel potuerit rumpi per bonorū poſſeſſionē contratabulas, vt in §. aliud quoque capitulum in authen. vt cum de appellatio. cognoſcen.§.j.inſtitu.de exhæredat.liberorum. l.j.&

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN